



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Pataviae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Expecto resurrectionem mortuorum, & vitam in
 cælo sempiternam, per IESVM Christum Dominũ
 nostrum, qui constitutus est à Deo Iudex viuorum,
 & mortuorum: Quo cum vt post mortem æter-
 num beatus viuerem, vixi semper, vt mo-
 riturus, anno Chr. M. D. XCI.



PATAVIAE.

IN S. STEPHANO.

Natales mihi clara dedit nomenq; propago,
 Quæ nunc insigni dexteritate viget.
 En ego Canonicus primis Patavinus in annis,
 Casibus in magnis aspera damna tuli.
 Corporis exposui vires in † Schismate totas, † scilicet
 Ecclesia grãdes ne caperentur opes. (Hesleriano
 Curia testatur fortes Romana labores,
 An mea profuerit officiosa manus.
 Diuinos ritus, exactaq; munia templi
 Ritè reformauì, quando Decanus eram.
 Consensu Patrum conscendi Pontificalem
 Ecclesia Cathedram, Prasulis arma ferens.
 Casaream Cameram Iudex bis lectus adiui,
 Principibus gratus, Romuleoq; duci.
 Nunc functus vita tumba VIGILAEVS in illa
 Antistes iaceo: spiritus astra petit.
 Obijt anno M. D. XVII. 8. Id. Nouemb.

ALIUD.

CHRISTOPHORVS cubat hìc à TRENBACH,
 Nobilis heros,
 Prepositus templi, vrbs ô Patavina, tui.

Vir non maiorum saltem splendore, & honestis
 Et longè & late notus imaginibus.
 Sed virtute, bonusq; animi tam notus in vrbe hac,
 Quàm vel Aristides vixit in vrbe sua.
 Iustitiam coluit summè, dans cuiq; parato
 Pectore, quod proprium cuiq; sciebat, ouans.
 Quantum at in studio seruanda religionis
 Exititerit, facile hoc inde patere potest:
 Quod multos aluit iuuenes doctosq; bonosq;
 Et foris, atq; domi, sumptibus ipse suis.
 Pauperie oppressos, fortuna humiliq; iacentes,
 Munifica est solitus sapè leuare manu.
 Mortuus est verd sic, vt qui non moriturus
 Vnquam est: viuit enim cum genitore Deo.
 Corpus in hac vrna mortis ludibria passum
 Dormit, in hunc ipsum scilicet vsq; diem.
 Quo caro consurget rursus mortalis, & antè
 Confluet, atheri ludicis ora sui.

POSTRIDIE S. THOMAE.

VVITEBERGAE.

IN TEMPLO OMNIVM
 SANCTORVM.

HENNINGO GODEN Havelbergensi, Iu-
 reconsultorum suæ ætatis facile principi,
 huius Ecclesiæ Præposito, ac B. Mariæ Er-
 phurdensis Scholastico, Canonicoq; extrema æta-
 te, sed florētibus honoribus, Anno Christi 1521.
 XII. Kal. Febr. hinc vita functo sepultoq; MAT-
 THIAS MEYER I. C. Cathedralis Hildenshei-
 mensis, ac prænominatæ Erphurdensis Ecclesiæ Can-
 noni-